



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Archiepiscopo Cantvariensi, de Ceresia & de Cirestria Abbatibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

422 Epistolarum Innocentij III.

vobis apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus.
Nulli ergo &c. Datum Laterani XVI.
Kal. Iulij.

E I S D E M .

Epiſt. 117.

IVstis petentium &c. usque ad verbum assenſum, Ecclesiam de Lamburn. quam ex conſeſſione dioceſani Epifcopi obtinetis, ſicut illam juſte ac pacifice poſſidetis, & in authentico ſcripto dioceſani Epifcopi confeſſo exinde pleniū continentur, vobis & per vos monaſterio veſtro auſtoritate apostolica conſirmamus, & præſentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. Datum ut ſuprā.

Epiſt. 125.

CVm à nobis petitur &c. usque ad verbum assenſu, Ecclesiam de Vvengle vobis à venerab. fratre noſtro Lincolnien. Epifcopo confeſſam, ſicut eam juſte & canonicè poſſidetis &c. Nulli ergo &c. Datum Laterani XVII. Kal. Iulij.

Epiſt. 119.

IVstis petentium &c. usque ad verbum assenſu, Ecclesiam sancti Andreæ de Geiſte, Ecclesiam omnium sanctorum de Geiſtetorp, jus quod habetis in Ecclesia sancti Petri de Vdennorton, ſicut ea juſte ac pacifice poſſidetis, & in authentico ſcripto dioceſani Epifcopi confeſſo exinde pleniū continentur, vobis & per vos monaſterio veſtro auſtoritate apostolica conſirmamus &c. Nulli ergo &c. Datum Laterani XVI. Kalendas Iulij.

A R C H I E P I S C O P O C A N T V A -
riensi, de Cereſia & de Cireſtria
Abbatibus.

Epiſt. 130.
Ut Abbatem S.
Crucis legi-
mæ conſtituio-
ni per Papam
approbaſe obe-
dire cogant.

AD audientiam apostolatus noſtri noveritis perveniſſe quod cùm olim tam à dilecto filio Abbatे ſanctæ Crucis de Vualthan quam Capitulo ſuo communi conſilio fuerit ordinatum pe- cuniam eorum integrè in uno marsupio congregari, & ſervari per duos vel tres Canonicos ad hoc per eosdem Abbatem & Capitulum voluntate unanimi deputa- tos, qui in præſentia ipsius Abbatis & dilectorum filiorum Prioris & Subprioris necnon & trium aliorum de seniori- bus per eundem Abbatem & Capitulum electoram ſingulis tribus mensibus de prædicta pecunia redderent rationem, conſtitutione ipſa postmodum à ſede

apostolica conſirmata, ſæpedictus Ab- bas, Capituli ſui non requiſito aſſenſu, & culodes eligit, & computationem ſolus recipit propria voluntate. Vnde nos eidem Abbat per ſcripta noſtra mandavimus ut conſtitutionem ipsam ſtudeat, ſicut ſine pravitate facta eſt, inviolabiliter obſervare, ne utilitatem Eccleſiæ videatur in aliquo impedi- re. Quocirca diſcretioni veſtræ per aposto- lica ſcripta mandamus quatenus ſi ſæpe- dictus Abbas juxta mandatum noſtrum conſtitutionem prædictam obſervare ne- glexerit, vos eum ad obſervationem ejusdem auſtoritatem præſentium per cenſuram ecclaiſtiſticam, ſicut juſtum fuerit, appellatione remota cogatis. Quod si omnes &c. tu frater Archiepif- cope &c. Datum Laterani Nonis Iulij.

C A N T V A R I E N S I A R C H I E P I S -
copo, & Epifcopo Roffensi.

SIc dilecti filii Abbas & conuentus de Vualthan nobis ſignificare cura- runt, quidam, quos vobis propriis no- minibus designabunt, libertatem eis & monaſterio eorum ab apostolica ſede confeſſam preſumptuofa temeritate in- fringunt, ipliſ alijs damna gravia & injurijs irrogando. Ideo que fraternitati veſtræ per apostolica ſcripta mandamus quatenus eorundem moleſtatores inju- ſtos, ut ab iplorum gravamine & inde- bita infestatione quiescant, permitten- tes eos pacifice frui libertate ſibi ab apo- ſtolica lede confeſſa, per cenſuram ecclaiſtiſticam appellatione poſtpoſita compellatis. Nullis litteris &c. Quod si ambo &c. alter &c. Datum Laterani XVI. Kal. Iulij.

A B B A T I E T C O N V E N T V I
de Vualthan.

IVstis petentium &c. usque ad verbum assenſu, Ecclesiam de Badburgeham, quam ex conſeſſione dioceſani Epifcopi obtinetis, ſicut illam juſte ac pacifice poſſidetis, & in authentico ſcripto ejusdem Epifcopi confeſſo exinde pleniū continentur, vobis & per vos monaſterio veſtro auſtoritate apostolica &c. Nulli ergo &c. Datum Laterani Nonis Iulij.

Epiſt. 111.
Eccleſia conſi-
marut mo-
ſtio.